HUGO DE SANCTO VICTORE. HUGO DE FOLIETO. HILDEGARDIS BINGENSIS
4. Viertel 12. Jh. Seite 40r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36647
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



et misera dilcone se ipsum amaret. Necesse e g. ut aut hoc que uidentur
amore approbes aut si hunc tollis alia que salubrius atq; iocundius
amantur demostres. Si temporalia ista et uisibilia idcirco amare
debe existimas. quia illis quendam sui generis decorem in ee suspicaris. cur te
ipsam potius non diligis. que spe tua omnium uisibilium decorem et pulchritudi
nem uincis. Osi te ipsam aspices. osi faciem tuam uides. agnosces certe quan
ta reprehensione digna fueras. cum aliquid extra te amore tuo dignum
existimabas. Oculus cuncta uidet se ipsum non uidet. et eo lumine
quo reliqua cernimus. ipsam in qua positum e lumen faciem nostram non uide
mus. Alienis indiciis discit homines facies suas. et speciem uultus sui audien
do sepius quam uidendo cognoscit. nisi forte quotdam alterius generis specu
lum afferas. in quo faciem cordis mei cognoscam et diligam. quasi et illum non rectis
tissime insipientem quisq; diceret. qui ad pascendum amorem suum similitu
dinem uultus sui iugiter in speculo consideraret. Ego igitur quia faciem meam
et speciem uultus mei qualis sit contemplari nequeo. facilius in ea que fo
ris admiranda uidentur. affectum dilectionis mee extendo. presertim quia
amor numquam solitarius ee patitur. et in hoc ipso iam quodammodo amor
ee desinit. si in alterum parilitatis consortem uim dilectionis non diffundit.
Non e solitarius cum quo e deus. Non idcirco uis dilectionis extinguitur. si are
bus abiectis et uilibus appetitus eius cohibetur. Ille magis sibi iniuriam fac.
qui uel inhonesta uel certe ea que amore non sunt digna. in societatem
dilectionis admittit. Primum igitur necesse e ut quisq; semet ipsum con
sideret. et cum cognouerit dignitatem suam. ne iniuriam faciat amo
ri suo. abiectiora se non amet. Nam et ea que per se considerata. pulchra
sunt. pulchrioribus comparata uilescunt. et sic ineptum e deformia pulchris
coniungere. sic omnino indecens e ea que non habent nisi infimam quandam
et inmaginariam pulchritudinem. pulcherrimis coequare. Non uis
habere anima amorem solitarium. noli habere prostitutum. Queris unicum. que
re et unice electum. Scis quia amor ignis e. et ignis quod fomentum queri
ut ardeat. sed caue ne id in initias quod fumum potius aut fetorem mini
strat. Ea uis amoris e. ut tale ee necesse sit. quale illud est quod
amas. et cui per affectum coniungeris. in ipsius similitudinem ipsam quod